



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xxvij. De Collationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

vni de collegio competens, & ex canonia procedens. Cùm enim, vt lex diuina præcipit^a, qui altari seruit, de altari debeat & viuere: dignum est, vt qui diuinis ascribuntur obsequijs, Ecclesiæ sustententur stipendijs. Et idè institutū olim fuerat^b, vt ordinationes eorum, qui sine certo titulo ordinati essent, in iniuriam ordinatorum inanes essent. Paulatim tamen benignius agi cæptum. Constitutum est enim^c, vt, si Episcopus aliquem sine certo titulo, vnde vitæ necessaria percipiat, ordinauerit, tamdiu ipse aut eius successor, ordinato necessaria subministret, donec ei in aliqua Ecclesia conuenientia clericalis militiæ stipendia assignentur.

Mandatū suscipiēs de ordinibus conferendis certis personis, nō tenetur eisdē providere de beneficio, sed mandans: secūs, si sit mandatū generale, uel ordinandi licentiam concedens.

^a *cap. cum secundum. extra. eod. tit.*
^b *can. 1. disti. 70.*
^c *cap. episcopus. extra. eod. tit.*
^d *ca. si episcopus. eod. tit. in 6.*
Quòd si Episcopus^d mandato alterius in aliena diocesi ordines celebret, distinguendum est, an de certis personis mandatū suscepit, an generale & expresso nemine. Primo enim casu mādans, secundo mādandum suscipiens, inopi ordinato vitæ tenebitur necessaria ministrare: eis autē, quibus à diocesano datur licentia, vt à quo voluerint Episcopo, ad sacros ordines promoueri possint, ad præmissa non qui ordinant, sed

qui licentiam tradunt, obligantur, nisi^e tamen ordinatus de paterna hæreditate vitæ possit habere subsidium.

Præbendæ conceduntur per collationem, & per institutionē, & singulis rebus singula sunt imponenda nomina. h. d.

Conceduntur autem Præbendæ, vel beneficia duobus modis: per Collationem, & per Institutionem. Collatio^f est libera quædam præbendæ cōcessio, Institutio est præbendalis iuris ad præsentationem patroni facta translatio: quæ licet & ipsa collatio possit appellari, cōmodius tamen est in præsentibus singulas causas singulis appellationibus distingui.

DE COLLATIONIBUS,

TITVLVS XXVII.

Ex tribus capitibus conferuntur præbendæ, & ordinariū Collatorem facit lex uel consuetudo. h. d.

Conferuntur autem præbendæ, vel beneficia, aut ab ordinario, aut ex mandato legati sedis Apostolicæ, aut Pontificio rescripto. Ordinarius collator is est, quem aut consuetudo approbavit, aut Iuris designauit authoritas: vt, Episcopus, capitulum.

Si Episcopus & capitulum habeant potestatem conferendi coniunctim, non potest unus sine altero, nisi in uno subsit impedimentum.

conferre, & si Episcopus possit cōferre, tamē de consilio capituli, etiam quod sit impeditus, capitulum non potest se in collatione intromittere, nisi Episcopus sit negligens in remouendo impedimentum & mortuo uel absente eo, cuius consilio interueniente est conferendum, non est ob id differenda collatio. h. d.

Quam conferendi potestatem Episcopus & capitulum interdum habent communiter, interdum disiunctum: si communiter^a, alter sine altero illam exercere nō poterit, nisi vel mortis, vel suspensionis, vel maioris excommunicationis impedimentum in altero adesse contingerit. Cū^b uero ad solum Episcopum cum consilio sui capituli, uel assensu, præbendarum spectat collatio, eo defuncto, uel suspensio, nisi Episcopus in petenda relaxatione suspensionis sit in mora, capitulum se nō potest intromittere. Vbi uero^c collatio ad aliquem cum consilio Episcopi pertinet, si quid illi humanitus contigerit, non erit ob hoc uacatis beneficij collatio differenda. Idem Iuris est Episcopo ad eum in remotis agente, ut breui non possit illius haberi presentia: quia in petendi, uel expectandi mora uacanti beneficio posset imminere periculum.

Si Ecclesia steterit uacans per sex menses, ad capitulum beneficium deuoluitur. h. d.

Eadem ratione, ubi ad solum

Episcopum spectat collatio, si per sex menses^d conferre distulerit, ad capitulum deuoluitur. Ex contrario, si ad solum capitulum pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus cum religiosorum uirorum consilio exequetur: quod si omnes forte neglexerint, Metropolitanus abique traditione disponet.

Regularibus prælatis non conferentibus intra sex menses, fit deuolutio ad ordinarium. h. d.

Idē statuitur in regularibus prælatis: si enim quæuis beneficia ad illorum dispositionem spectantia intra constitutum tempus conferre negligant, locorum diœcesani in non exemptis propria, in exemptis uero Apollica autoritate eorundem negligentiam iuxta præscriptum in Viennenſi Concilio modum supplebunt.

Tempus deuolutionis currit solum non impeditis, & à die notitiæ. h. d.

Tempus^e autem sex mensium, nec currit legitimè impeditis, & à die notitiæ, non à tempore vacationis erit computandum.

Deuolutio non habet locum in Ecclesia nō numerata, uel quando dignitas est suppressa. h. d.

Hęc^f autem ita demum obtinent, si in Ecclesia erat distinctio præbendarum, & certus Canonorum numerus. Ceterum

d cap. 2. in fi
extr. de con
ces. præb.

e cap. quia di
uersitate et
Glos. in ca.
2. extra. de
conces. præ
ben. & ca.
licet. extra.
de suplen.
negli. præ.
cap. ex par
te. extra de
conces. præ
ben.

rùm, si neque distinctæ præben-
de, nec certus sit Canonicorum
numerus, Lateranensi concilio
de beneficijs ultra sex menses
vacantibus locus non erit. I-
dem etiam obtinet, si per capi-
tulum vacans dignitas legiti-
mè fuerit sublata.

*Sede uacante capitulum non fungitur uice
Episcopi in conferendo, & cessante causa ces-
sat et effectus. h. d.*

Licet autem ob negligētiam
Episcopi, conferēdi potestas ad
capitulum deuoluatur, sede ta-
men vacante in collationibus
præbendarū Episcopi uice non
fungitur: cū eo casu nullius
superioris possit argui negli-
gentia.

*Circa collationem factā post deuolutionem,
dispensari potest. h. d.*

Is^b quoque, qui nimium ces-
sando conferendi ius amiserit,
si post ius collationis deuolu-
tum, nihilominus uiris idoneis
de beneficio prouidere uolue-
rit, quanquam ob temporis la-
psum collatio mero iure nō te-
neat, ex dispensatione ta-
men & benignitate tolerari po-
terit.

*Legati missi uel nati uigore suæ legationis,
non conferunt nisi sibi specialiter concedatur:
secus est in legatis de latere qui conferunt, &
sine mandato speciali, etiā inuito patrono Ec-
clesiastico. h. d.*

Ex^c legationis quoque mu-
nere conferēdi competit facul-
tas, quod tamen non indistin-
ctè obtinet: nam siue missi fue-

rint, siue suarum prætextu Ec-
clesiarum aliqui legationis sibi
uendicant auctoritatem, ex ip-
sa legatione nullam habēt cō-
ferendi potestatem, nisi hoc ali-
cui specialiter indultum fuerit.
His autem quos Romani Pon-
tificis latus & comitatus illu-
strat, legatione fungētibz, sine
speciali concessione, etiam Ec-
clesiastico patrono inuito, cōfe-
rendi facultas competit. Si-
cut enim honoris prærogati-
ua lætantur, sic eos auctoritate
fungi congruit ampliori.

*Legatus de latere nō confert cathedrales
Ecclesias, nec regulares, nec dignitates post Pō-
tificalem maiores, nec potest eodem tempore in
eadē Ecclesia plures reservationes facere. h. d.*

Sed tamen nec cathedrales^d,
nec regulares, aut collegiatas
Ecclesias, nec Ecclesiarum ca-
thedralium dignitates, ad quas
per electionem promoti, pri-
mum post Episcopum obtinēt
locum, ueluti Archidiaconarū,
suæ dispensationi, aut prouisio-
ni reseruare possunt. Nec plu-
res beneficiorum reseruatio-
nes^e eodem tempore, in eadē
cathedrali, uel collegiata Eccle-
sia, uel ad eiusdem collationem
pertinentium faciet.

*Reservationes legatorum expirant finita
legatione. h. d.*

Illæ quoque^f, quas iure fece-
rint, dum modò ad beneficio-
rum iam vacantium collationē
nō sit processum, eo ipso, quòd
illo-

*ca. 2. ext. ne
sede uacan-
te.*

*ca. 1. de of-
f. leg. in 6.*

*ca. de libe-
ratione. de
officio leg.
in 6.*

*ca. præsen-
ti. de cate-
rūm. de of-
fici. leg. in
6.*

*d. cap. præ-
senti. de of-
fi. leg. in 6.*

illorum finitur legatio, penitus euaneſcent, nec executores dati amplius ea conferre poterunt.

Taciturnitas habitus beneficii inuadit prouisionem legati non ordinarij. h. d.

a cap. fin. de offi. leg. in 6.

Sed nec aliter beneficium obtinenti ab Apostolicę sedis legato facta collatio ualebit, quę si de eo, quod tunc prouisus obtinet, mentio facta sit specialis, licet id in aliorum ordinariorū collationibus minimè requiratur.

Licet ante acceptionem beneficii quis nullum habeat in eo ius, tamen collator de eo alteri, primo non consentiente, prouidere non potest, tamen primo prouiso præfixi terminus ad acceptandum, quo lapsa poterit beneficium alteri conferri, nisi primus etiam lapsa termino acceptauerit. h. d.

Illud autem tam in ordinario, quàm etiam in legato statutum est, quod si cui beneficium contulerint, licet is, donec collationem ratam non habuerit, nullum ius in eo acquisierit, in persona tamen alterius, primo non consentiente, de beneficio non libero ab ipsis facta prouisio nõ subsistet: planè notificata collatione, & ad consentiendum termino competenti præstito, si primus non consenserit, eo lapsa beneficium liberè, cui uiderint expedire, conferre poterunt. Antequam tamen ipsum alij contulerint, nõ obstante lapsu termini, suum primus collationi poterit ac-

b cap. si tibi. de præben. in 6.

commodare consensum.

Per rescriptum Apostolicum præbenda conferitur purè, in diem, & sub conditione, & pura collatio est, cum alicui simpliciter de beneficio prouidetur. h. d.

Per rescriptum Apostolicum mandatur fieri collatio, aut purè, aut adiecto die, aut sub conditione. Purè, ut cum mandatur simpliciter, ut alicui de beneficio, aut præbenda prouideatur.

Collatio Apostolici in diem facta accedente decreto irritante ligat manus ordinarij. h. d.

Dies adijcitur collationi, ut cum præbenda confertur, quæ quis intra mensem, aut alio tempore à vacationis notitia duxerit acceptandam: quo casu, cum temporis appositio fauorem afferat impetranti, si decretum irritans fuerit appositum, collatio per ordinarium alteri facta, intra præfixum tempus nullius obtinebit roboris firmitatem. Decreti enim appositio, reseruatio, executoris inhibitiõ, & lis mota, beneficiũ affectum reddunt.

clem. uni. 5. secus. de cess. præb.

Publicè notum, præsumitur notum etiam priuatis. h. d.

Interpretamur autem quem prædictę vacationis habere notitiam, ex quo ipsa vacatio in loco, vel Ecclesia huiusmodi beneficii publicè nota erit. Imputer enim sibi, si hoc casu, quo de ipsius comodo agitur, id quod per se, vel per alium scire potuerit, ignorauerit.

d d. clem. uni. in fin. de cess. præb.

Collatio conditionalis, & concurrente decreto non impletis conditionibus, non ligat manus ordinarij. h. d.

Sub conditione mandatur fieri collatio, vt^a cum alicui si per exequutoris inquisitionem repertus fuerit vitæ laudabilis, vel si consensus accesserit Capituli, vel alia adiecta cõditione, de beneficio prouideri committitur: & eo casu etiam appofito irritante decreto, non impletis adhuc conditionibus, vacans beneficium per ordinarium, aut per executorem ad prouidendum de tali beneficio datum, liberè conferri poterit.

Obstat taciturnitas obtenti beueficij etiam modici, nisi prouifio fit facta motu proprio. h. d.

Sed multũ interest, motu proprio, an ad alterius petitionem de beneficio prouideri mandetur. Si enim proprio motu^b, longè pinguius erit mã datum: nam etiã de beneficijs, quæ impetrans obtinet, nulla habita mentione, erit huiusmodi prouifio valida, qualiacunque fuerint beneficia, & in numero quancumque quæ habebat impetrans, cum sibi prouifio facta fuerit. Quòd si ad petitionem gratia huiusmodi facta sit, quantumcunque modicum beneficium scienter taceatur, veluti surreptitia non valebit.

Collatio facta motu proprio, pluribus beneficijs in eadem Ecclesia simul uacantibus, intelligitur facta de pinguiori: si beneficia sint æqualia, ad eum spectat electio cui gratia est concessa. Collatio uerò facta ad petitionem alterius, ad minus beneficium restringitur: si sint æqualia, eligit, qui aliàs conferebat. & motu proprio tunc censetur gratia fieri, cum id exprimitur. h. d.

Item si pluribus^c in aliqua Ecclesia vacantibus dignitatibus, vel præbendis, Rom. Pontifex de hac vacatione incertus, dignitatẽ vel præbendã, si qua nulli debita in ipsa vacat Ecclesia, cuiquam motu proprio conferat, fiet interpretatio plenissima, & ad illam dignitatem, seu præbendam erit habenda ratio, quæ inter illas maioris censetur esse valoris: quòd si forsitan æquales sint, ad eam, quam is, cui confertur, infra decẽ dies post habitã de dicta vacatione notitiam, duxerit eligendam: si uerò ad petitionẽ alterius gratia huiusmodi facta fuerit, ad illam erit habenda ratio, quæ minoris valoris extitit: & si sit æqualitas, ad eam, quam is, ad quem ipsarum spectat collatio, infra dictum tempus elegerit, postquam sibi huiusmodi gratia erit nota. Motu^d autem proprio tunc solùm gratia fieri censetur, cum hoc expressè cautum fuerit.

Solus Papa tribuit ius in beneficijs uacaturis. h. d.

Prouifio autẽ^e p Apostolicũ re-

^c cap. si pluribus. de præben. in 6.

^d cap. si motu. in fin. eodem tit. in 6.

^e cap. 2. ubi Glo. de præben. in 6.

rescriptum facienda ceteris lō-
gè præstat. Nam cum ex Latera-
nensi Concilio, ministeria & be-
neficia Ecclesiæ tribui, aut pro-
mitti non debeant, antequàm
vacent, Romanus Pontifex eti-
am in ipsis ius potest tribuere
vacaturis.

*Pontifex gradus quosdam circa potestatem con-
ferendi inter ordinarium, legatum & summum
Pontificem. h. d.*

Est ergo inter ordinarium Le-
gatum, ac summum Pontificem
circa collationis potestatem, qua
si per gradus ascensus quidam.
Nam ad Episcopum^a omnium
quidem basilicarum, quæ in e-
ius territorio positæ sunt, colla-
tio regulariter pertinet: vacatu-
ram tamen præbendam suæ di-
spositioni reseruare nõ potest,
& longè minùs in eadem alicui
ius tribuere. Legatus autè nõ
modò vacantes intra suæ lega-
tionis terminos Ecclesias con-
ferre, verùm etiã vacaturas (iu-
xta ea quæ suprã diximus) refer-
uare poterit, licet eidem in va-
caturis alicui ius tribuendi nul-
la sit facultas. At Apostolicus
& vbique vacantes donare, &
vacaturas suæ prouisioni refer-
uare^b, & in vacaturis ius tribue-
re potest, cum in ipso plenitu-
do resideat potestatis.

*Si clericus, cum mandatur prouideri ei de
beneficio uacaturo, negligat petere præben-
dam, non poterit postea aliam petere, nisi fue-
rit in Canonicum receptus. h. d.*

Quo^c tamen casu summus

Pontifex de vacatura præben-
da alicui prouideri mandat, si
is, in cuius gratiam mandatum
obtentum est, præbendam, quan-
do vacat, negligenter omittit,
non poterit postmodum præte-
xtu dicti mandati, nisi antea in
Canonicum fuerit receptus, a-
liam in ipsa Ecclesia vacaturam
petere.

*Habens expectatiuum, potest acceptare be-
neficium uacaturum primum, uel secundum,
uel alterius, certum tamen acceptare non po-
test. h. d.*

Poterit^d tamen is, cui certis
super hoc executoribus deputa-
tis ab Apostolica sede huiusmo-
di gratia concessa fuerit, non so-
lùm primum in genere vacatu-
rum beneficium, vel præbendam:
verùm etiam, si rationabilis cau-
sa subfit, secundum & ulterius
acceptare: certum tamen & ex-
pressum, priusquàm vacet, acce-
ptare non poterit, ne captandę
alienæ mortis occasio ex beni-
gnitate gratiarum, sedi Aposto-
licæ tribuatur. quòd si de certo
acceptatio secuta fuerit, nullã
obtinebit roboris firmitatem:
vt Bonifacianæ constitutionis
tenore latiùs continetur.

*Rescripto Apostolico dispensatur super
pluralitate beneficiorum, maxime circa litera-
tas personas. h. d.*

Inde^e etiam licet beneficiatę
personæ de alio beneficio, nisi
primò illud, quod obtinet, om-
ni nõ dimittat, prouideri non
possit, nisi aut Cardinales sint,

f 3

*d cap. ne ca-
ptandæ. de
concessio.
præb. in 6*

*a can. omnes
basilicæ. 16
q. 7.*

*b cap. 2. in
glo. de præ-
ben. in 6.*

*c cap. si cleri-
cus. de præ-
ben. in 6.*

*e cap. de mul-
ti. extra. de
præb. ex-
trau. Ioãni
uni. eod. tit.
& extrau.
com. excera-
bilis.*

aut Regum filij: per tale tamen rescriptum, maximè circa literatas personas, super hac pluralitate dispensari poterit.

Vbi de prioritate beneficij pluribus collati nō constat, primò possessor, deinde maior prærogatiua præfertur. b. d.

*cap. si à se-
de. de præ-
ben. in 6.*

Item si à sede^a Apostolica, aut legato, & ab ordinario eodem die idem beneficium conferatur, & quæ fuerit primò facta collatio, non appareat, nemine possidente is erit cæteris præferendus, cuius cōferens ampliore gaudet prærogatiua. Hac^b ratione & ij, qui in aliqua Ecclesia in Canonicos sunt recepti, debent in præbendarum asscutione cæteris, siue legatorum, siue aliorum quorumcunque auctoritate antea fuerint admissi, anteferri.

*cap. hi qui.
d. tit. in 6.*

Qui dicatur receptus auctoritate Apostolica. b. d.

*cap. hi qui.
de præben.
in 6.*

Auctoritate^c autem Apostolica receptus & is intelligitur, qui legati, vel alterius mandato, cui specialiter in ea re auctoritas Apostolica cōcessa fuerit, recipitur. Sed & si mandatum^d legati ratum habeat Rom. Pontifex, atque id auctoritate sua muniat, ex eo receptus non legati, sed Apostolica intelligitur auctoritate receptus: atq; ideo est in asscutione præbendæ omnibus post eū receptis in Ecclesia dicta præferendus.

*cap. si cum
super. d. tit.
in 6.*

Expressio eius, quod tacitè inest, nihil ope-

ratur, nisi per alium modum, quàm quo tacitè inest, fuerit facta expressio. b. d.

Aliud Iuris est, si ijs, ad quos aliàs pertinebit Canonicorū receptio, facultas concedatur ab Apostolico, vt aliquem recipiāt in Canonicum eiusdem Ecclesiæ, ordinationibus fortè certū numerū Canonicorū præfigentibus nō obstantibus: hoc enim casu non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus, nisi quòd eum auctoritate Apostolica recipiant, in literis caueatur expressè. Quòd si ad eos aliàs talis receptio nō pertinebat, Apostolica dicitur auctoritate receptus. Aliàs verò, si literæ impetratæ certi numeri Canonicorum nullam fecerint mentionem, quod illarū occasione factum fuerit, nullā obtinebit firmitatem.

Papa non onerat aliquem pluribus prouisionibus, nisi id exprimat. b. d.

Illud etiam omittendum nō est, non solere Apostolicum eundem collatorem pluribus onerare prouisionibus, nisi id velle se suis literis expressè fuerit complexus.

Mandati Apostolici fines sunt diligèter custodiendi, nec extenduntur, nisi ad casus expressos, etiam de consensu, & in præiudicium prouisi. b. d.

Sunt^e autem Apostolici mandati fines diligenter custodiendi, ideoq; non debent ad casus alios, quàm expressos, extendi. Vnde cum iniungitur, vt alicui de

*cap. cui de
nō sacerdoti.
S. idē.
de præben.
in 6.*

de præbenda certi valoris prouideatur, in præbenda minoris valoris, etiam impetrante uolente, mandatum impleri non poterit.

Mandatum faciens mentionem de collatione, non potest trahi ad præsentationem, uel institutionem. h. d.

cap. cū in illis. §. cū aut. de præben. in 6.

Idem obseruari oportet, sicui de beneficio, quod ad alicuius collationem spectat, prouideri mandatur: hoc enim casu de eo quod ad eiusdem præsentationem, uel institutionem pertinet, prouideri minimè poterit, nec etiam è conuerso.

Casus resignationis non includitur, nec uerificatur in casu mortis. h. d.

cap. suscepi. de rescript. in 6.

Eodem spectat, si quis ab Apostolica sede mandatum suscipiat, ut ab aliquo beneficii resignatione recepta, idem beneficium alteri conferat. Si enim is, qui resignaturus erat, rebus eximatur humanis, mandato locus non erit, cum non per resignationem vacauerit, sed per mortem.

Casus futuræ uacationis non uerificatur in casu nouæ creationis. h. d.

Idem obtinet, si literæ Apostolicæ super conferendo beneficio proximè uacaturo fuerint impetratæ. Nam ad illud, quod post illarum impetrationem fuerit creatum, non extenditur.

cap. quâuis. de præben. in 6.

Appellatione beneficii nõ uenit p̄sio. h. d.

Et si quis literas super obtinendis beneficijs usq; ad certam

summam impetrauerit, eidem non in pensione, sed in beneficijs Ecclesiasticis erit prouidendum, nisi de pensione in literis mentio habeatur.

Dispositio regulariter restringitur ad tempus præsens. Et mentio potentie intelligitur de præsent. h. d.

Eodem etiam spectat, quòd si de conferendo alicui beneficio ad Episcopi collationem spectante rescribatur, illud ei conferri non poterit, cuius collatio ex negligentia ipsius Episcopi ad eiusdem Capitulum deuoluta fuit: quanquam ex contrario de eo cuius ad Episcopum ex Capituli, uel alterius cuiuscunq; siue ad sedem Apostolicam ex ipsius Episcopi, uel aliorum in hoc eide succedentium negligentia collatio fuerit deuoluta, hoc casu prouideri poterit.

Mandatum Apostolicum restrictionem recipit ex persona prouisi. h. d.

Interdum tamen, licet mandatum generale sit, ex persona impetratis recipit restrictionem: ut, sicui de præbenda proximè uacatura simpliciter prouideri mandatur: nam si talis nondum in ea ætate existat, ut ad sacerdotium promoueri possit, sacerdotialis sibi præbenda conferri non poterit.

Ex loco sumitur rescripti interpretatio. h. d.

Ex loci quoque expressione rescripti sumitur declaratio, & ideo, quanq; sub nomine Ecclesiarum Ciuitatis etiam Eccle-

d. clem. si de beneficio. de præben.

cap. ei cui. de præben. in 6.

f. cap. quâuis. §. quâuis. d. tit. in 6. de præben.

fia Cathedralis comprehendatur, cum tamen alicui de beneficio mandatur in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diocesis prouideri, ad Cathedralis Ecclesiam mandatum huiusmodi non extenditur: secus est, si in aliqua Ecclesiarum prouinciæ prouideri mandatur: tunc enim & Metropolitana, & cæteræ Cathedralis Ecclesie tali mandato includuntur.

Ordo scripturæ declarat mandatum. h. d.

a cap. mandato. de præben. in 6.

Ex ordine quoque scripturæ rescripti interpretatio sumitur, veluti cum Ioanni de beneficio ad collationem suam, vel Pauli, pertinente, ut alicui prouideatur, mandatur. Nam si plura simul beneficia vacare contigerit ad vtriusque collationem separatim spectantia, tunc ordo scripturæ seruandus est, & de illo beneficio prouidendum erit, quod ad Ioannem noscitur pertinere.

Cum mandatur prouideri de beneficio spectante ad prouisionem plurium, intelligitur collationem. h. d.

b cap. cum in illis. §. fin. de præben. in 6.

Si verò de beneficio ad aliquorum collationem, vel præsentationem spectante, non adiecto communiter vel diuisim, prouisio iniungitur facienda in beneficio quod ad collationem vel præsentationem alterius tantum pertinet, adimpleri non poterit.

Ex insertione causæ elicitur interpretatio

rescripti. h. d.

Item insertio causæ declarat rescriptum: sicut accidit, cum clerico nullum beneficium obtinere ob paupertatem per Episcopum de beneficio prouideri mandatur. Nam si antequam ei prouisum sit, beneficium fuerit assecutus, cessante causa mandati, prouidere sibi Episcopus in posterum non tenetur.

c cap. si pauper. de præben. in 6.

Ex simplici mandato de prouidendo, non potest prouideri obtinenti aliud beneficium, nisi si fuerit id expressum: quo casu solum unicum & non curatum beneficium obtinenti prouideri poterit: & pluralis locutio restringitur ad duo. h. d.

Nam & is, cui conceditur ut idoneo possit in sua vel aliena Ecclesia prouidere beneficium, aliud obtinenti prouidere non potest, nisi vel primò ille beneficium quod obtinet, omninò dimittat, vel in concessione huiusmodi sit expressum, quod etiam beneficiatæ valeat prouidere personæ: quo casu unicum duntaxat beneficium, atque illud non curatum obtinenti, prouideri poterit. Sed si concessum fuerit, ut prouidere illi valeat, & alia beneficia noscitur obtinere, huiusmodi pluralitas debet solum ad duo beneficia non curata restringi.

d cap. is cui. de præben. in 6.

Mandatum simplex de prouidendo, non extenditur ad beneficium curatum, uel electiuum. h. d.

Ex natura quoque & beneficiij

cap. cum in illis in prin-
ci & d. 11. de præben.
in 6.

cij qualitate Apostolicū rescri-
ptum restrictionem recipit: nā
si de quibuscunque beneficijs
prouideri mandatum fuerit, de
animarum cura mentione non
habita, de ijs prouidendum nō
erit, quibus huiusmodi cura no
scitur imminere. Illis quoque,
pro quibus scribitur vt de per-
sonatibus & dignitatib. ad col-
lationem, prouisionem, præsen-
tationem, vel dispositionē per-
tinentibus quorumcunq; pro-
uideatur, de ijs prouideri nō po-
terit, ad quos per electionē præ-
ficiendi assumuntur.

Gratia alicui concessa, ut prouidere possit
personis idoneis in certa Ecclesia, personis nō
expressis, non expirat re integra per obitum
concedētis, si personæ essent expressæ.
hoc dicit.

capit. si cui
nulla. de
præben. in 6

Illud quoque omittendū nō
est, Quod, si cui nulla facta per-
sonarum expressione sit gratio
sē concessa facultas, vt authori-
tate Apostolica aliquibus per-
sonis idoneis in certa Ecclesia
prouidere possit, vel beneficia,
quorum collatio est ad sedem
Apostolicam legitimè deuolu-
ta, conferre: huiusmodi conces-
sio etiam re integra, per obitum
concedentis nō expirat: secus,
si super prouisione certæ perso-
næ faciendæ eidem sit data po-
testas, nō ob suam, sed eius, cui
prouidetur, gratiam vel fauorē.
Illa enim expirat omninō, si cō-
cedens re integra moriatur.

Mandatarius, cuius nō est electa industria,

potest alteri mandare. b. d.

Illud etiam interest, Vtūm,
cui ab Apostolica sede prouisio
de beneficio in certa Ecclesia,
diocesi, vel prouincia certæ per-
sonæ faciendæ committatur, an
de certa Ecclesia incertæ tamen
personæ? Primo enim casu lici-
tē quis vices suas alteri cōmit-
tere poterit: secundo verō, cū
in eligenda persona mandata-
rij electa videatur industria, prouisionem sibi commissam alteri demandare non poterit, nisi forma commissiōis id habeat, vt per se, vel per alium hoc expedire valeat.

Beneficia Ecclesiastica debent sine dimi-
nutione conferri. b. d.

Postremō illud sciendum est,
tam Turonensi Concilio cau-
rum esse, ne præbendæ aliquam
sectionem patiantur: quā ex
Lateranensi, nequis conferens
beneficium Ecclesiasticum, par-
tem prouentuum suis vsibus re-
tinere audeat, cū sine vlla de-
beant diminutione conferri.

cap. maiori
bus. ext. de
præben.

DE INSTITVTIONIBUS,
& iure patronatus,
TITVLVS XXVIII.

Quando dicatur prouideri per Institutio-
nem, quid sit ius patronatus, & quibus modis
constituatur. b. d.

Accidit autem interdum, vt
prælati liberam de vacanti-
bus beneficijs disponendi
facultatem non habeant: quod